

**1605 - Situazione di stato di fatto risultante dalla visita di Federico Borromeo, Arcivescovo di Milano, alla chiesa dei SS. Alessandro e Margherita in Melzo.**

**Copia fotostatica proveniente dall'Archivio Parrocchiale SS. Alessandro e Margherita di Melzo (catalogata: Visite Pastorali, cart.1, fasc.3).  
Originale conservato presso l'Archivio della Curia Arcivescovile di Milano: Visite Pastorali, Melzo.**



**PLEBIS MELTII**

**DIOEC. MEDIOL.**

**VISITATIO**

**ANNO M.D.C.V.**

**MENSE IULIO**

**CONFECTA**

## INDEX

Meltium Ingressus Pontificalis, et alijs Visitat.b. _____	fol. 5
De SS.mo Sacramento _____	fol. 7 a tergo
De Baptisteris _____	fol. 9
De Vasculis _____	fol. eodem a tergo
De Altari maiori _____	fol. 10
De Altari Sancti Hieronymi _____	fol. 11 a tergo
De Altari Sancti Antonij _____	fol. 12 a tergo
De Altaris Societatis Pauperum _____	fol. 14
De Altari Sancti Bernardini _____	fol. 15
De Altari SS.mi Rosarij _____	fol. 16
De Altari Sancta Catharina _____	fol. 17 a tergo
De Statu Ecclesia _____	fol. 19
De Sacristia _____	fol. 20 a tergo
De Domo Prepositurali, et Canonicor. _____	fol. 21 a tergo
De Eccl.ia Colleg.ta et Prebendis _____	fol. 22
Obligatio Comunitatis _____	fol. eodem a tergo
Erectio Collegiata cum transl.ne tituli Eccl.ia Cornaliani, erectione Canonicatum ex Capp.ia S. Andrea, et unione Cappellania S. Ambrosij _____	fol. 30 a tergo
Bona Prebenda Preposituralis _____	fol. 30
Bona Canonicatum erectorum ex Capp.ia Sancti Andrea _____	fol. 31 a tergo

(manca il foglio 3)

Bona Cappellania Sancti Ambrosij _____	fol. 56
Decret Visitat.is anni 1573 pro d.a ecc.ia _____	fol. 58
Decreta pro Schola SS.mi Sacram.ti _____	fol. 78
Regula Societatis SS.mi Sacram.ti _____	fol. 79
Decreta Visit.is M. R. D. Octaviani Forerij anni 1604 _____	fol. 83 a tergo
De cura animarum, et locis subiectis _____	fol. 100
Schola Doctrina Christiana _____	fol. 101 a tergo
Consuetudines _____	fol. 102
Legata Pia _____	fol. 103
Renunciatio appell.is fact. P. Rever. Prep.i pendente p.nte Visit.ne _____	fol. 105
Schola Santissimi Sacramenti _____	fol. 108
Schola Sanctis.mi Rosarij _____	fol. 110
Ecclesia Sancti Andrea _____	fol. 111 a tergo
Suppellex. _____	fol. 113 a tergo
Fundatio Cappellania S. Andrea _____	fol. 115
Instrumenta pertinentia ad d.am Capp.iam _____	fol. 129
Ecclesia Sancti Ambrosij _____	fol. 139
Sodalitium Disciplinat. in d.a eccl.ia _____	fol. 142
Schola Pauperum _____	fol. 143 a tergo
Ordini per la Scuola de Poveri di Meltio _____	fol. 151 a tergo
Cavaliona Ecc.a par.lis Eusebij Ingressus, et recensio aliarum Visitationum _____	fol. 158
De Sanctissimo Sacramento _____	fol. 159 a tergo

Millesimo sexcentesimo quinto die sabbati  
vigesimo tertio mensis Iulij.

Cum Ill.mus et R. D. D. Federicus Sancta  
Romana Ecc. Presb. Card. tituli  
Sancta Maria Angelorum ad Ther-  
mas, et sancta Mediolanensis  
Ecclesia Archiepis. Meltij  
Plebem Mediolanen. Dioecesis  
visitare, ipsiusq. Visitaciones  
initium a Burgo Meltij facere  
instituiet, ea de R.dum Presb.m  
Io. Mariam Massium Prepos.m  
ecclesia Collegiate Sanctorum  
Alexandri, et Margaritha dicti  
Burgi aliquot ante dies moneri  
per litteras invit, quo tum ab  
ipso, atque ab eccl.iar. Rectoribus, tum  
ab alijs Visitationi subiectis eandem  
ad rem necessaria parari omnia commode  
ponent. Ipse vero postea, praecunte  
Cimitero, meq. Cesare Bellano  
Prothonot. Ap.lico Canonico ecc.a  
Collegiata Insignis Sancti Ambrosij

maioris Mediolani, Duobus Capp.nis  
totidemq. Cubicularijs prosequentibus  
Mediolan. egrenus Meltium versus  
iter suscepit. Unde cum millia  
passuum circiter quatuor abesset,  
primarios eius loci Viros obuios ha-  
buit, neq. multi post ad extremos  
eiusdem Burgi Meltij fines  
Prepositum, et Canonicos, aliosq.  
Ecclesiasticos, tam scolares, quam  
regulares, una cum longo, et continenti  
aguire utriusq. sexus hominum  
prodeuntes. Hic inductus Cappa

Millesimo sexcentesimo quinto die sabbati  
Pontificali, et Galero Cardinaliti, pre-  
sentibus Crucifere, et alio Clerico  
Mitram Pontificalem Deferente,  
Valisario, Macerio, et duobus Pala-  
frenerijs bacculos rubeos deferentib.  
Crucem primi osculatus, deinde equ.  
phaleratum ascendens Pontificali  
apparata sub Umbellam acceptus  
cum psalmodum cantu, et campanar.  
sono, cunctis gaudentibus, ad ecclesiam,  
qua Sanctorum Alexandri, et  
Margaritha nomine colitur, cum  
omni pietatis, et religionis signific.ne  
recta deducitur. Ubi cum ad Altare  
maius venerabundus procubisset  
in genua, peractis a parrocho de  
more precibus, stans populo benedixit,  
centumq. dierum indulgentiam pia



liberalitate concessit. illam p.terea  
promulgari plenissimam vixit  
quam summi Pontificis auctorit.e  
consequenturi essent ij, qui sacram.li  
confessione expiati in prima ipsius  
Ill.mi A. Visitatione Sacrosanctam  
eucharistiam de eiusdem manu sum.  
vissent quibus omnibus ordine  
peractis ad circum ecc.ia multitud.nem  
de causis adventur sui, deq. alijs  
rebus Visitationis officium attingen-  
tibus de superiori loco disservit,  
et facta mortuorum absolutionem  
dictam ecclesiam Collegiatam  
et Curatam Sanctorum Alex.ri  
et Margaritha Burgi Meltij  
visitavit, et qua eccl.sia etiam  
fuit alias visitata per Multum

R. D. Leonettum Clavonum Societatis Iesu Visitationem Generale Beati Caroli Cardinalis Sancta Praxedis Achiep.i Mediolani die Iovis ultima mensis Augusti, per eundem Beatum Carolum Archiep. um die 27 Iunij anni 1573, per Multum R. D. Bernardinum Thaurisium dicti Beati Caroli Visitationem die 6 mensis Martij anni 1579, per R. mum D. Hieronimum Regallonum ep. um Famagostanum Visitatorem Ap. licum, per Multum R. D. Ioannem Stephanum Conatum Visitationem delegatum ut supra de anno 1580 die 5 Augusti, et per Multum R. D. num Octavianum Abbiatum de Forrerijs

de anno 1582, et per eundem de anno  
1604, et prout patet ex Visitatio-  
nibus existentibus in Archivio Ar.li.

#### De SS.mo Sacramento.

Ante omnia ad sanctissimum Eucharist.  
Sacramentum visendum accessit, quod  
quingenta particulis continere  
ab frequentes his diebus sacras Com-  
muniones. Dixit tamen Prepos.us  
quanq. tantum, vel circa conservari.  
Reperitum est Sanctissimum Sacramentum  
in pixide cum Cuppa argentea  
posita in Tabernaculo ligneo  
sexangulari inaurato, et nonnullis  
in locis colore ceruleo picto,  
in quo stratum est Corporale.  
Revocatur S.S.m Sacramentum singulis octo dieb..

Dictum tabernaculum contegitur

Corporeo albo, et serico tenui.

Pixis pro infirmis adest, sed nulla  
maior pro Communione generali.

Tabernacula duo, unum scilicet ar-  
genteum , et aliud areum cum lunula  
et fundo amovibili, sed lunula, et  
fundus tabernaculi arei non est satis firma.

Badachinum contectum est ex panno  
damasceno rubro, in cuius medio adest  
signum agni.

Baldachinum item aliud antiquum adest  
ex ormesino, quod non est amplius  
in usum admittendus.

Corporea tria ex panno serico tenui  
unum scilicet violacei coloris, alius  
albi, et aliud rubri.

Scamna, et mappa pro communione  
generali adsunt.

In administratione Sanctissimi Sacra-  
menti, illoq. exponendo, et repo-  
nendo, serratur forma libri ritu-  
alis.

Adest Schola Sanctissimi Sacramenti.

Sit processio tertio Dominico die  
cuiuslibet mensis post missam  
circum circa ecclesiam intus.

Lampas pendet e regione Altaris, que  
ardet deo olivarum impenio  
Schola Sanctissimi Sacramenti.

### De Baptisterio.

Baptisterium est Vas marmoreum columella  
suscultum, positum in Cappella  
prope portam lateralem in parte  
aquilonari, et continet aquam nitidam.

Coperculum nullum habet.

Ciborium constat ex ligno nucis anti-  
quum, et contegitur corporeo ex tela  
bambicina.

Sacrarium adest in dicta Cappella  
altum a terra cubito uno cum  
dimidio, et contegitur coperculo.

Cappella ipsa forma quadrata, longi-  
tudinis est cubitorum quinque lati-  
tudinis novem, altitudinis totidem.

Pavimentum lateritium eminet a solo  
ecclesia gradu uno, alto uncijs sex.

Parietes dealbati, Coelum fornicatum.

Clauditur plutheis ligneis.

## De Vasculis.

Vascula Chrismatis, et Cathecumenorum  
sunt ad formam, habentq. cot.lam  
et sacculum album ex damasco,  
et retinentur valde indecenter in  
Armario indumentorum in Sacristia.

Vasculum olei infirmorum pariter adest,  
sed non confractum habens cot.lam  
atq. sacculum violaceum panni  
damasceni.

His rebus per actis cum se noctis tenebra  
intendissent Ill.mus R. D. D. Card.  
cum familia in Prepositi domicilia  
se se ad pernoctandum recepit.

Postridie vero qui fuit die 24 Iulij  
ad eandem ecclesiam, sole orto rever-  
sus est, ibiq. sacra facta, et con.ione ad populum habita

eucharistia sacramentum, et Chris-  
matis ministravit. Hoc munere  
perfunctus, ad intermissam superiori  
dei Visitationem cum redijsset, Altare  
maius visitavit, et alia, qua sequun-  
tur peregit.

#### De Altari Maiori.

Altare maius non consecratus, ad formam  
constructum, habens Altare porta-  
tile insertum mense lignea.

Ornabur dicto Tabernaculo, duabus  
Angelorum imaginibus inauratis  
et sex candelabris auricalchi,  
atq. cruce parva ex auricalcho,  
tum patruor aquilis ex ligno caelato  
et inaurato, ac duabus vasculis ligneis



auro delinitis.

Bradella duobus gradibus constat.

Subtus Altare adest planum constructum  
ex assidibus, quod constituit gradum.

Fenestrella circolorum minime ad formam .

Distat dictum Altare a pariete, qui  
a tergo est cubitis sex, et circum  
circa adsunt sedilia, ubi sedent  
sacerdotes dum officia divina eant.

Cappella est quadrangularis, longi-  
tudinis cubitorum quindecim, lati-  
tudinis duodecim, altitudinis quin-  
decim.

Pavimentum lateritium, Parietes  
colore ceruleo picti, et multis  
sanctorum imaginibus exornati

Coelaum fornicatum, sed minatur  
ruinam, in quo picti sunt quatuor. Evang. i.

Sub Arcu Cappella adest erabs inaurata  
et picta imagine D.ni N.ri Iesu  
Christi in Cruce confixi.

Fenestra una est in dicta Cappella  
in parte Epistola munita ferro,  
vitro, et reticulis.

Item ostiu. adest in parte Evangelij  
quo it.ur in campanile, et inde in  
sacristiam.

Dicta Cappella eminet a solo ecc.sia  
gradibus tribus, qui lapidei sunt,  
altitudinis unciarum sex pro quilibet  
gradu, et in tertio gradu fixi  
sunt cancelli ferrei, Planum an.te  
Cappella se extendit extra Capp.a  
angulos cubitis.

Nullum unus preter Parochiale, et  
Capitulare, ut infra.

De Altari S. Hieronymi.

Altare sub invocatione Sancti Hieronymi in parte Evangelij situm est,

non consecratum, ad formam constructum, sed non habet Altare

portabile, neque mensam ligneam.

Super eo adest Icona antiqua, in qua picta est imago D. N.ri Iesu Chri.

Beatissima Virg. Maria, et Sancti Hieronymi.

Ornabur dicta icona, et duobus candelabris ligneis.

Bradella unico grada constat, et est satis decens.

Fenestrella Unceolorum nulla.

Cappella est quadrata, longitudinis cubitorum quinque, latitudinis novem, altitudinis etiam novem.

Pavimentum constat ex lapillis, et

caemento. Pariete imaginibus vetustis  
picti Coelum fornicatum, et pictum.  
Clauditur Cancellis ferreis.

In hoc Altari est cappellania fundata  
et dotata per quondam Catherinam de  
Rotijs de anno                      annuo  
reddito librarum quinquaginta trium  
cum onere missarum quatuor in heb-  
domada, de fundatione tamen non  
constat, quamvis asseratur illam  
exhibitam fuisse in Visitatione  
anni 1573 et ignoratur quibus  
in locus redditus consistent.  
Hec Cappellania de anno 1576 herecta  
fuit in Cappellania Coralem  
retent etiam suo missarum celebr-  
andarum antiquo numero.

Dicta Cappellania neque etiam sub titulo  
Cappellania Coralis nunq. fuit  
in titulum collata, neque satisfactum  
oneri celebrationis missarum, neq.  
tandem fructus fuerunt exacti,  
et cui per scholam pauperum  
de anno 1604 additi fuerunt alij  
fructus.

De Altari S. Antonij.

Altare Sancti Antonij situm in dicta  
parte Evangelij consecratum est, ad  
formam constructum, habens mensa  
ligneam, sed caret Altare portatili  
super eo gradus unus lateritius  
contectus mappa.  
Ornatur Cruce ferrea antiqua

cum pede indecentissimo, et duobus  
candelabris ligneis, atque duabus  
Angelorum imaginibus parvis,  
et antiquis.

Bradella decens.

Nulla fenestrella Unceolorum.

Cappella est quadrata, tota picta colore  
cerulei misterij Sancti Antonij,  
quo ad longitudinem, latitudinem  
et altitudinem convenit cum Capp.a  
Sancti Hieronymi.

Pavimentum lateritium.

Clauditur plutheis ligneis.

De Altari Societatis Pauperum.

Altare aliud in parte Epistole in Capp.a  
constructa iuxta frontispitium Capp.e  
maioris, non consecratum, nimis  
latum, habens mensam ligneam  
sed caret Altari portatili.

Ornatur Cruce, et duabus Candelabris  
auricalchi.

Bradella indecens.

Positum est in Cappella ad emicicli  
formam constructa, cuius longitudinis  
est cubitorum septem, latitudo novem  
cum dimidio, altitudo novem, tota  
picta est imaginibus antiquis.

pavimentum ex humo ineguale.

Parietes picti Coelum fornicatum.

Fenestra una est in parte Epistole  
munita ferro, vitro, et reticulis.

Item alia fenestrella excavata in

pariete in parte Evangelij, in qua  
alias retinebatur Sanctissimum Sacra-  
mentum, munita scalvis, et sera,  
sed ibi nihil retinetur.  
Clauditur plutheis ligneis minime firmis.



De Altari S. Bernardini.

Altare Sancti Bernardini situm est in parte

Ep. le ad formam, habens mensam

ligneam supra, sed inequalem, et

caret Altari portatili.

Ornatur duabus Angelorum imaginibus

et quatuor Candelabris auricalchi.

In Pariete supra Altare adest parva

nicia cum icona, et imagine As-

sumptionis B. Virginis.

Bradella decens.

Fenestrella Unceolorum excavata

est in Altari in parte Epistole.

Cappella quadrata, et tota picta, longit.is

cubitorum sex, latitudinis decem,

altitudinem novem.

Pavimentum confectum est ex lapillis, et

caemento Coelum fornicatum.

Fenestra una est in parte Evangelij,

munita ferro, vitro, et reticulis.

Ad ipsam Cappellam ascenditum gradib.

duobus lapideis.

Clauditur cancellis ferreis.

De Altari S. S.mi Rosarij.

Altare sub invocatione S.S.mi Rosarij

non consecratum, ad formam cons-

structum, habens Altare portatile,

sed nulla adest mensa lignea.

Ornatur Cruce, quatuor Candelabris

auricalchi, duabus Angelorum

imaginibus antiquis, atque tabella

secretorum.

In pariete supra Altare excavata

est nicia, in qua stat imago sculpita

Beatissima Virginis Maria induea

veste alba panni serici tenuis

cum ornamentis auri, qua etiam

tenet pre manibus coronam argen-

team, cum Cruce pariter argentea

et contegitur vitro cum coronidibus

inauratis.

Bradella constat ex ligno nucis.

Fenestrella Unceolorum nulla.

Cappella est quadrata longitudinis  
cubitorum septem cum dimidio, lati-  
tudinis septem, altitudinis octo.

Pavimentum lateritium.

Parietes picti imaginibus S. Francisci,  
Sancti Mauri, S. Dominici et  
Gotardi, et Sancti Firmi.

Coelum fornicatum, et pictum Misterijs  
Sanctissimi Rosarij.

Lampas ardet diebus festivis impensis  
schola Sanctissimi Rosarij.

Duobus gradibus lapideis ascenditur  
ad dictam Cappellam, et in se-  
cundo gradu fixi sunt Cancelli  
ferrei ornati vasculis auricalchi.

Ad hoc Altare celebratur diebus  
festivis schole S.S.mi Rosarij

et aliquando diebus ferialibus ex  
devotione particularium.

De Altare S. Catharine.

Altare sub invocatione Sancte Catharine  
situm est in eadem parte, non conse-  
cratum, ad formam constructum,  
habens mensam ligneam, sed caret  
Altari portatili.

Super eo adest Icona picta in tela cum  
misterio Sancta Catharina, ornata  
coronidibus inauratis valde pulchris  
subtus quam adest gradus lateritius  
qui contegitur tobalea.

Ornatur Cruce, et duobus Candelabris  
auricalchi, atq. tabella secretorum.

Cappella est quadrata quo ad latitudine,  
longitudinem, et altitudinem convenit  
cum suprad.a Cappella.

Fenestra una est in dicta Cappella in  
parte Epistola, munita ferro, vitro  
et reticulis.

Pavimentum ex lapillis, et cemento.

Parietes picti Coelum fornicatum.

Ad ipsum ascenditur duobus gradibus,  
quorum unus est lapideus, alius non  
lateribus.

Clauditur Cancellis ferreris.

Ad hoc Altare celebratur uno die  
feriali in hebdomada ex devotione  
D. Gasparis de Aielis.

De oneribus dictarum Cappellarum  
nullos Indicis exhibuit Prepositus,  
dicens se se remittere ad p.tes Visitat.e  
et ad decreta earundem, in quibus  
dixit fieri mentionem eiusmodi  
onerum, qua vicinio decreta  
nil soltem aliqua ex ijs qua Beatus Carolus  
condidit et promulgavit infra  
inserta sunt.

## De Ecclesia Statu.

Ecclesia hec occidentem spectat, consecrata est, ut patet ex Crucibus rubeis in ecclesia pictis, tum ex inscriptione picta in pariete Capp.e maioris sub his verbis videlicet.

1529 Die Veneris XV Ianuarij per R.mum

D. D. Franciscum Landinum Ep.um

consecrata fuit hec Sanctorum

Alexandri et Margaritha Ecc.sia

Presbytero Eustachio Mangono

Meltiensis curam gerente.

Celebratur etiam Anniversaria

dies Consecrationis.

Unica navi constat, longitudo eius cubi-

torum 45, latitudo 33, altitudo .

Parietes dealbati. Coelum est lateribus

compositum, et quatuor Arcu. distinetur.



Portam tenet in frontispicio, et etiam  
in parte aquilonari prope dictum  
frontispicium, item ostium per quod  
itur in domum Prepositi.

Fenestra tres sunt in frontispicio,  
una scilicet orbicularis supra  
portam maiorem obducta bela,  
et dua a lateribus quadrata munite  
ferro, et obducta papiro.

Fenestra item quatuor sunt in  
latere meridionali quadrata ob-  
ducta papiro tantum.

Labrum aqua benedicta unum ex  
lapide rudi columella sustultum  
positum in parte sinistra ingredi-  
entum. Item aliud adest herens  
parieti frontespiciali prope porta laterali.

Confessionalia duo ad formam, quorum unum tantum tabellis est instructum.

Suggestus adest satis decens erectus in nicia in parte meridionali in medie ecclesia.

Organum adest positum in Cappella coniuncta Cappella maiori in parte Evangelij, et ad illud ascenditur scala sonatur omnibus diebus festis ad missam, et ad vesperis. Organista est D.nus Iulius Cesaris de Adeoratis laicus, habens stipendium ducatorum quadraginta quatuor a Communitate.

Sepulchra viginti octo adsunt, quorum partim sunt contecta duplici integumento

partim vero non.

Abbacus prope frontispicium ecclesie in parte sinistra ingredientium ad usum schole Sanctissimi Sacramenti.

Iuxta eccl.iam, scilicet ante frontispicium et versus septentrionis adest latum spatium inter ecclesiam, et ageres, sed ut creditur numquam consecratum.

Turris Campanarum est supra Sacristiam, cum duabus campanis, quarum funes pendens in dicta sacristia. Ignoratur an dicte campane sunt consecrate.

#### De Sacristia.

Sacristia est coniuncta Cappella maiori

et ibi est scala, qua ascenditur in turrim  
campanarum, item alia p. quam  
patet aditus ad organum.

Armarium satis decens, in quo reti-  
nentur indumenta.

Nullum Oratorium, nec lavatorium.

Indumenta, et ornamenta nec sunt ibi.

De Domo Prepositurali, et Canoniorum.

Domus est coniuncta ecclesiam versus Aquil-

lonem, habens loca duo in terra,

Canipam, et viridarium equile,

atq. Capsina, et quatuor superiora,

cui coheret ab una parte ecclesia,

ab alia serata, ab alia domus

Canon. i.

Item adest pro habitat. ne Canoniorum..

## De Ecclesia Colleg.ta et Prebendis

Hoc ecc.sia olim erat simplex parochialis,  
sed cum esset dictus locus Meltij  
oppidum satis insigne Caput Iuris.nis  
temp.lis Pert. Comitum Trivultiorum,  
septumq. esset parietibus, et intra  
illius fines adessent dua alia ecc.sie  
dotate, et duo Monasteria regularia.  
unum scilicet sub invocatione Sancte  
Maria Stellarum ordinis Carmeli-  
tanorum, et aliud Capuccinorum Beatus  
Carolus recepto prius instrumento  
assignationis situs pro edificandis  
adibus, Canonicalibus suppressio  
titulo parochiali, et in dictam  
ecclesiam translato titulo Prepos.li  
qui erat in ecc.sia Sancti Petri  
Cornaliani, hanc Ecclesiam in

Collegiatam erexit in omnibus, et  
per omnia, prout continetur in  
instrumento translationis, et er-  
rectionis tenoris sequentis ub.

Obligatio Civitatis.

In nomine Domini anno a Nativitate  
eisdem millesimo quingentesimo  
septuagesimo quinto indictione tertia  
die Martis decimo sept.o mensis Maij.  
Cum sit quod elapsis diebus Ill.mus et  
R.mus D. D. Carolus Card. Borro-  
meus Mediolani Archiepis. in  
Visitatione per eum facta de  
ecclesia parochiali sanctorum  
Alexandri, et Margaritha  
p.ntis Burgi Meltij ad maiore  
divini cultus reverentia, et ani-  
marum ipsius Burgi, et totius

Plebis salutem decreverit transferre  
titulum Ecclesia preposituralis, et  
Canonicatus Sancti Petri loci  
Cornaliani in dictam Ecclesiam  
Sanctorum Alexandri, et Marga-  
ritha ipsius Burgi Meltij, et  
ad id effectum pro habitatione  
commodo, et utilitate Rever.di  
Prepositi, et Canonorum, qui  
sunt, vel pro tempora erunt  
ordinaverit Consulem, Comune,  
et homines ipsius Burgi teneri  
essere sedimen unum contiguum  
edibus dicta ecclesia Sancto-  
Alexandri, et Margarithe a  
Dominis Priore, et Deputatis  
Schole Pauperum ipsius Burgi  
et prout dicitur contineri



ordinatione superinde facta per prefatum  
Ill.mum, et R.um D. D. Archiep.um de  
anno 1573 proxime preterito, ad  
quam digna relatio habeatur.

Cumq. dicti Consul, Commune, et hom.s

Meltij habita notitia dicta ordina-  
tionis, ac translationis ipsius

Preposituralis Ecclesia Sancti

Petri Cornaliani fiend. in d.am

ecclesiam sanctorum Alexandri

et Margarite, unanimes, et

concordes ad honorem Dei, et

salutem animarum suarum cons-

tituerint Dominos Io. Martinum

de Rubeis, et Laurentium de Malin-

genijs suos syndicos, missos, nuntios,

et procuratores speciales ad essendum

sedimen predictum a predictis D.no

Priore, et scholaribus, et ad promittendum  
et obligandum bona predicta Civitatis  
Meltij pro predictis exequendis,  
ut latius constat instrumento suin-  
dicatus rogato per me notarium  
infrascriptum sub die Dominico  
septimo mensis Februarij prox.  
preteriti, ad quod. .  
Cumq. nomine prefati Ill.mi D. D.  
Archiep.i Mediolani dicti Domini  
Io. Martinus, et Laurentius Sindici  
constituti ut supra requisiti fuerint  
ad perficiendum contenta in d.o instro-  
mento sindicatus, et ad essendum dictum  
sedimen superius descriptum, ut  
assignare possit dicta prepositurali  
Ecclesia Sanctorum Alexandri  
et Margaritha constituenda ut

supra, et ob id zelo divino cupidi, decre-  
verunt ad infr.tum instrumentum  
cum infrascriptis Dominis Priore,  
et scholaribus devenire.

Hinc est quod convocatis, et congregatis  
infr.is D.ni Priore, et Deputatis Scole  
Sancta Maria nuncupata Pauperum  
dicti Burgi Meltij in quadam sala  
terranea, sita in adibus eccl.ia  
Sancti Alexandri, et Margarite  
dicti Burgi Meltij, de mandato  
et impositione Domini Baptiste  
de Machis prioris dicte scole  
in qua quidem convocatione  
et congregatione aderant, fuerunt,  
et sunt prefatus Dominus prior  
et una cum eo infrascripti inferius  
descripti videlicet.

Mag.cus p.tium, et medicine doctor Dominus  
Ioannes Franciscus Birogallas, Dominus  
Ioannes de Macaneis, Dominus Ioannes  
de Pesentis, D. Io. Bapt.a de Abu-  
diolis, et D. Io. Petrus Pilonus.  
Omnes uti Prior, et scholares dicte  
schole pauperum Meltij, et qua  
sunt plus. dua partes ex tribus  
dictorum Dominorum Scholarorum  
ut ipsi dixerunt facientes,  
et representantes totum, et integrum  
Capitulum dicta Schola suis  
nominibus proprijs, ac item nomine  
et vice aliorum Dominorum  
Scholarorum dicte schole  
absentium, pro quibus etiam  
ex causa constituti, et omnibus  
modo obligando tamen bona

prefata schola, ac preter, et cifra  
obligationem sui, nec bonorum  
suorum, qua aliquo modo obli-  
gare non intendunt, et non ali.  
nec alio modo, cum al. et alio  
modo non devenirent ad infr.um  
instrumentum promittunt de  
rato et de ratificari faciendo  
presens instrumento, ac omnia  
et singula in eo contenta ad  
omnes requisitionem quorum  
interest, sub refectione expo-  
sitis premissis per unum ex  
dictis scholaribus, indentes omnia  
cedere ad honorem Dei, ac salutem  
animarum dicti Burgi omnes  
unanimes, et concordēs et voluntaries

et omnibus modo.

Fecerunt, et faciunt venditionem, et datum ad proprium.

Prefatis Dominis Io. Martino Rubeo filio quondam D.ni Alexandri et Laurentio de Malingenijs filio quondam Domini Francisci ambobus habitantibus in suprascripto Burgo Meltij sindicis dicta Communitatis Meltij, presentibus, ac stippulantibus per nomine, et vice, dicte Communitatis Meltij ad effectum, de quo infra Nominative de pred.e sedimine superius expresso, et quod sedimen su describitur ib. sedimen unum situm in dicto Burgo Meltij, secus ader

ecclesia Sanctorum Alexandri, et  
Margaritha dicti Burgi Meltij,  
quod sedimen est cum sala in terra,  
Capsina, Canipa, stala, porta, Ca-  
meris duabus de supra, solarum, porticum,  
lobia, Curia, puthei, ac alijs suis  
iuribus, ac pertinentijs, cui sedimini  
coheret a mane strata, a meridie  
Dominorum Ioannis, et fratrum  
de Casate, a sero moenia presentis  
burgi Meltij, et a monte bona  
dicta ecclesia Sanctorum Alex.ri  
et Margarita, salvo errore.

Item de omnibus iuribus.

Et hec omnia cum solemnibus tenore,  
cessione iurium, et actionum transle.  
Dominij, et possessionis, constitutione  
missi, et procuratoris in rem suam

portione in eorum nomine, quo supra  
locum, ius, et statum, et in promine  
et obligatione bonora dicte schole,  
et preter, et citra obligationem bonor.  
suorum propriorum, et non al.  
cum al. defendendi, et manute-  
nendi in forma communi, et  
iuris.

Et pro precio librarum octocentum  
imperialium.

Quas libras octocentum imperiales  
prefati Domini Ioannes Martinus  
et Laurentius syndici constituti ut s.a  
promittunt obligando bona prefata  
Communitatis Meltij, ac citra,  
et preter obligationem sui, nec  
bonorum suorum un supra, et  
prout supra, qua obligare non



intendunt prout supra, dare, et solvere  
hinc ad annos quatuor proxime  
futuros. Incipiendo tamen hoc  
modo, scilicet postquam dictum  
sedimen ad usum dictorum Prepo-  
situra, et Canonatus dispositum  
fuerit, ac per pensionantes dicte  
schole emanatum fuerit in totum  
et non citius, cum omnibus expen.  
Et hec omnia pro completa solutione  
presentis venditionis, ac bonorum  
imperius venditorum.  
Et quod quidem sedimen ex nunc  
ipsi D. Io. Martinus, et Lauren-  
tius syndici ut supra constituti  
assignaverunt, et assignant dicte  
Prepositure, et Capitulo Canoni-  
corum transferendis, seu translatis

ut supra, ad effectum ut ibidem habitat.  
possint R.di Prepositus, et Canonici,  
qui per tempora erunt in d.a Preposit.a  
et Canonica transferenda, seu trans-  
lata ut supra.

Pacto quod ubi prelibatus Ill.mus R.mus  
Archiep.us Mediolani non transtu-  
lerit titulum dicta Preposituralis  
ecclesia Sancti Petri Cornaliani  
et Canonicata in dictam ecclesiam  
Sancti Alexandri et Margarite  
Meltij, quod tunc, et eo casu per dicta  
venditio, et assignatu sunt nulla,  
et nullius efficaci, valoris, et  
momenti, sed eo in casu ipsi D.ni  
Prior, et scholares teneantur retro  
ampere dictum sedimen, nec in aliquo  
modo censeatur esse translatum, nec

applicatum dicta ecclesia sanctorum  
Alexandri, et Margaritha, nisi  
in casu predicta translationis  
de qua supra, cum mens, et intenti  
dicte Communitatis sit quod ap-  
plicetur, et applicum debeat dictis  
Prepositura, et Canonicis, de quib.  
supra, et non al., nec alio modo  
cum al. et alio modo non deve-  
nient ad presens instrumentum,  
nec in eo contenta.

Pacto ut supra ex quo inconueniens est  
quod dicti Sindici, seu Communitatis  
Meltij gaudeant dictis bonis, et  
eorum preci, quod ob id teneantur,  
et obligati sint, et ita promittunt  
ut supra persolvere libras quadrag.ta  
imperialis omni anno prefatis

D.ni Priori, et scholaribus, pro inter-  
rusurio, sine ficti dicti sediminis.

Incipiendo primam solutionem  
statim postquam dicta domus  
evacuata fuerit ut supra, ad eff.tum  
prout supra.

Pacto ut supra, quod liceat ipsis Dominis  
sindicis, et Communitati Meltij  
se redimere a predicta obligatione,  
de qua ut supra in quatuor terminis,  
modo non persolvatur minus precius  
librarum ducentum imperialium  
pro qualibet vice, et quod eo in casu  
teneantur ipsi Domini Prior, et  
scholares dicta pecunia, ampere  
et implicare in aliqua idonea pro-  
prietate pro cautione dicte schole  
Renunciando.

Item renunciando etiam prefati Ven-  
ditores nomine quo supra per luri  
precio, ac benef.o (. .) codice de  
rescindenda venditione, ac signus  
cum al. de verborum obligat.

Certiorati.

Quare.

Que omnia pacta executiva  
reciproca.

Ulterius dicti omnes contrahentes, et  
quilibet eorum iuraverunt habere  
ratum et non contravenire  
sub refectione.

Et de predictis.

Actum in dicta sala sita in adibus dicta  
ecclesia Sanctorum Alex.ri et Marg.te  
pr.s.b. D. Ant. Gallesino filij M.ci,  
D.ni Camilli, et D.no Io. Ambr.o de Ello

filio quondam Domini Zofrini ambobus  
habitantibus in suprascripto Burgo  
Meltij protonotarijs.

Testes Mag.r Angelus de Paganinis  
filius Domini Georgij, Alexander  
Maraneus filius Domini Ioannis  
et Mag.r Petrus de Ganassalis  
filius quondam Mag.ri Bernardi  
omnes habitantes in suprascripto  
Burgo Meltij, omnes noti, ac  
idonei.

Subscriptum cum signo tabell.s.  
Ego Io. Ambrosius Cesatus filius  
Domini Stephani habitator Burgi  
Meltij Plebis Cornaliani Duc.s  
Mediolani publicus imperiali  
auctoritate not. med. p.n.s. vend.is instru.  
rog. confeci, edidiq., et in fidem subscripsi.

(nota dell'archivista)

I ff. dal 30v. al 49v. riguardano

l'atto di traslazione della prepositura

già collocato "loco suo" e pertanto

vengono qui tralasciati.

## Bona Prebenda Preposit.lis

Prebenda Preposituralis habet bona  
qua sic describuntur.

Petia una terra campi, ubi dicitur alle  
Stelle, cui coherent bona Barth.ei  
Brambilla, et strata a tribus partib.  
perticarum circa nonag.ta.

Petia una terra vinea, ubi dicitur ad  
Sodadregam (*probabile trascr. errata: Scoladraegam*), cui coherent a tribus  
partibus strata, ad una bona  
Ioseph Castillionei perticarum  
octuaginta octo.

Petia una terra vinea, ubi dicitur ad  
Crocetta, cui coherent a duabus par-  
tibus strata, ab alia bona Sancti  
Andrea, ab alia heredum quondam



Bassiani Porrone perticarum sexdecim.

Petia una terra campi ubi dicitur ad  
duas Strietas, cui coheret ab una  
parte bona Pomponij Canaruffi,  
ab alia bona Hieronymi Macugni,  
ab alia Bapt.e de Rinijs perticarum  
viginti.

Petia una terra campi, ubi dicitur al  
Campo, cui coheret a duabus partibus  
strata, ab alia Bartholomei Bram-  
billa, ab alia quatuor Marianum  
perticarum vigintiquatuor.

Petia una terre, ubi dicitur al Campo,  
cui coherent bona Malumbra,  
et heredum Perroni perticarum novem.

Petia una terra campi, ubi dicitur ad  
Castaneam, cui coherent bona Barth.ei  
Brambilla, ecclesia Sancta Maria

Passarella, et illorum de Rinaldis  
perticarum quindecim.

Petia una terre campi ubi dicitur ai Maioni  
cui coherent bona dicti Brambilla  
Pomponij, et Vinaghi, flumen Mol-  
gure, et strata perticarum sex.

Petia una terra vinea, ubi dicitur  
ad Casinellum, cui coherent a duabus  
partibus strata, et ab alia bona  
Baptista Bergomi.

Item domus Preposituralis cum viridario,  
et cum quatuor cameris superioribus,  
et duabus inferioribus.

Redditus sunt librarum mille, et centum  
vel circa.

Obtinet dictam Preposituram R. Presbiter  
Ioannes Maria Massius, qui de ea

vacanti per dimissione presb.  
Petri Boni auctoritate Apostolica  
et in forma gratiosa provisus fuit  
a foel. recor. Gregorius Papa  
XIII, ut ipse dixit, sed non exhibuit  
litteras provisionis, asserens  
illas habere Roma occasione  
cuiusdam litis in alma Urbe  
pendentis.

Bona Canonatum erectorum ex Cappia

Sancti Andrea sunt que sequunt.r.

Petia una terra vinea, ubi dicitur ad  
Crucetam, cui coheret a mane bona  
Prepositura Mentii, a meridie et a sero  
via qua itur Mediolani, a mane via  
qua Mediolano Brixiam itur pertic.

31 t. 16 p. 5.

Petia una terra vinea, ubi dicitur ad  
Chiovam, cui coheret a mane bona  
Ioannis Petri Airoidi, a meridie  
Domini Iacobi Casati, a sero eiusdem,  
et a mane D.ni Bassani Porrone  
perticarum 16 t. 12.

Petie terrae vinea, ubi dicitur la Bruz-  
zacapa, cui coheret a mane bona  
heredum Domini Alexandri  
Trivultii, et a meridie et a sero  
Fontanile Ill.s Comitis Theodori,  
a monte bona eccl.ia sancti Petri  
in Vigna perticarum 12.

Item petia terre vinee, ubi dicitur la  
Castagna, cui coheret a mane bona  
Ecclesia sancta Maria Passerella  
Mediolani, a meridie D. Io. Erasmi  
Ghisulphi, a sero Molgura, a monte

bona Domini Thoma Premenughi  
perticarum sex.

Item petia terra vinea, ubi dicitur il  
Piastrello, cui coheret a mane bona  
Domini Bernardi Scotti, a meridie  
Domini Cesaris Baroni, a sero  
heredum Antonii Baroni, a monte  
prefati D.ni Cesaris Baroni pert. 25  
tab. 23 ped. 10.

Item petia terra campi, ubi dicitur a  
S. Vito, cui coheret a mane via, et a  
meridie dona D.norum Serbellonorum,  
a sero Molgura, a monte eorundem  
D.norum perticarum 3 t. 2.

Hac petia ut fertur, alias locata  
Fuit D.D. de Serbellonib., qui eandem  
de p.nti occupanti, sed minime  
solvunt.

Item petia una terra campi, ubi d.r  
il Ronchino, cui coheret a mane  
bona D.ni Francisci Calotta, a  
meridie heredum D.ni Bassani  
Porrone, a sero D.ni Antonii  
Veronae, a monte via quar. pert. 31 t. 14.

Item petia terra campi, ubi dicitur  
la Doremolla, cui coheret a mane  
bona Domini Georgii Rubeis  
a meridie Schola Pauperum, a  
sero Domini Bernardi Scotti,  
a monte via Banfae pert. 19 t. 13 p. 6.

Item petia terra campi, ubi dicitur la  
Carlona, cui coheret a mane et  
meridie bona Domini Plaudii  
Fiammae, a sero et a monte Scholae  
Pauperum perticarum 4.

Item petia terrae campi, ubi dicitur

le Bovere, cui coheret a mane  
bona D.ni Giotrani Ghisuphi,  
a meridie strata Guazzi, a sero  
bona Monialium S. Lazari  
Cassani, a monte D.ni Hieronim.  
Rotii, perticarum 13 t. 22 p. 9.  
Item petia terra campi, ubi ibidem  
dicitur le Bovere, quam alias  
predecessores dederunt Preposi-  
turalis Mentii, ut constat ex  
instrumento pe.es Prepositum  
existenti perticar. .  
Item petia terra campi, ubi dicitur  
il Ronchetto, cui coheret a mane  
bona D.ni Antonii Verona, a  
meridie D.ni Io. Antonii Gemi,  
a sero D.D. Montium d. Gorgonzolla  
a monte via Sguazzi pert. 4.

Item petia terra campi, ubi dicitur  
il Ronchello, cui coheret a mane  
et a meridie bona D.D. Rotiorum,  
a sero heredum Domini Bapt. ae  
Lamperghi, a monte via pert. 2.

Item domus, quae dicitur domus  
sancti Andrea cum redimine  
alias p. Massarium t. 10 cui  
coharet a mane via, a sero domus  
sanctii Ambrosii, a meridie eccl. ia  
sancti Andrea mediante accessis  
a monte heredum Georgii Balza-  
rini.

Item domus in contrata sancti Andrea  
cui coheret a mane heredum D. ni  
Maphei Bolgoroni, a meridie via,  
a sero Bartholomei Ferrarii,  
a monte heredum D. ni Alexandri



Trivultii pro ficto libell. librar. 12.

Item domus ubi dicitur al Portello,

cui coheret a mane heredum

Galvagnoli, a meridie heredum

Ambrosii Fasoli, a sero et a

monte via pro ficto libell. libr. 7.

Item petia terra vinea, ubi dicitur

sancto Erasmo, cui coheret a mane

bona heredum Bernardi Bateri,

a meridie Monasterii Stellarum,

a sero D.D. Serbellonorum, a

monte via pro ficto libell. libr. 5/10.

Videtur esse t. simplex fictum, nam

1517 factum fuit instrumentum

investitura simplicis a quondam

presb.o Doninico Datero Capp.no

sancti Andrea Francisco de Dateris

pro eodem m. ficto . . in perpetuum

absque facultate, et tenetur a  
Gaspere Stella macellarii, qui  
solvit libras 5 n. 10.

Item Capsina, qui dicitur la  
Benzona in Territori Gorgon-  
zola, cui coheret a mane a me-  
ridie et a monte D.nor. Serbello-  
morum, a sero via pro ficto libell.  
librarum 12.

Item petia terra vineae ubi dicitur  
Il Grumo, cui coheret a mane  
Bona D.ni Francisci de Ello  
A meridie heredum D.ni Io.  
Bapt.ae Vimercati, a sero D.ni  
Ioannis Petri Simoni, a monte  
Bona quatuor Marianum pro  
Ficto livellario librarum 5 n. 10.

Apparet ex in strumento confess.is

rogato per D. Io. Petrum Bram-  
billam notarium die 27 sep-  
tembris 1542, expleto per  
Io. Bapt.am Fasolum notarium  
auctoritatem habentem, et alis  
et in strumento rogato per D.num  
Io. Ambrosium Cesatum notarium.  
Bona pred.a locantur diversis personis  
et percipiuntur in totum libr. In  
circa septingenta.  
Fructus autem dictorum bonorum perci-  
piuntur per duos Canonicus, qui  
illos inter se se aque dividunt.  
Dictos Canonicatus, unum scilicet obtinet  
R. Presbiter Augustinus Baratheus  
laudensis provisus a pref. Ill.mo  
D.no Federico Cardinali Bor-  
romeo Archiep.o Mediolani per

obitum presbiteri Io. Baptistae

Baronii de anno 1604 die 27

Iunii.

Alium obtinet R. Presb. Octavius

Caccia provisus a pref.o Ill.mo

D. per obitum presbiteri Antonimi

Clavena de d.o anno 1604 die

12 Iunii.

Bona spectiantia ad dictam Capp.ia  
sancti Ambrosii suppressam, et  
extinctam ut supra haec sunt.

Petia una terra campi in territorio

Meltij, ubi dicitur ad Oppium,

cui coheret bona Bassani Porroni,

Ambrosij Monete, et Bernardi

Scotti perticarum 79.

Petia una terra campi, ubi dicitur  
ad Ietapolsi, cui coherent bona  
Federici Anguisoli a tribus par-  
tibus, et accessium ab alia  
perticarum 35.

Petia una terra campi, ubi dicitur  
ad Covam, cui coherent bona  
Ioseph Biraghi, ab alia heredes  
Gasparis de Madijs, ab alia  
Ill. Co. Triultij perticarum  
novem cum dimidia.

Item petia una terra campi ut supra,  
ubi dicitur ad duas strietas, cui  
coherent bona hieronymi Ma-  
cagni, ab alia Molgura, ab alia  
accessium, et bona ecclesia  
Sancti Alexandri perticar. 7.

Item domus una vicina ecclesia s.ti  
Andreae, qua est cum locis q.uor  
in terra, et quatuor superioribus,  
coheret domus ecclesia s.ti Andrea,  
Ioannis Iacobi Gemmi, et  
domus Ambrosij Colgo-  
roni.

Item fictum libellarium librar.  
trium cum dimidia quod solvitur  
a Georgio Rubeo super sui viri-  
dario vicino ecc.sia sancti Ambrosij  
ut apparet diversis instrumentis  
confessionum receptis p. D.num  
Ioannem Ambrosium Cesatum  
notarium in burgo Meltij.

Redditus dictorum bonorum ascendit  
ad libras quingentas, vel circa  
et sunt locata diversis personis.

Dividuntur inter Prepositum, et  
Canonicos, dimidia percipitur  
a Preposito, alia veri pars a  
Canonicis, u. fructus.

Licet autem erecta sit Collegiata ut  
supra, tamen divina officia  
non recitantur, sed tantum dieb.  
festis canuntur missa, et vesper.  
atque Completorium, nihilq.  
adhuc proficerunt Decreta  
Visitationum modum residenti  
prescribentia, sed Per.c ab illis  
appellavit, et qua, ut facilius  
adinveniatur forma, qua statui  
huius ecclesia tandem occurratur,  
operepretium indicavimus d. decreta  
hic ad virtum inserire.

Decreta Visit.is anni 1573 pro d.a ecc.a

1573 Die Martis nona Mensis Iunii.

Ordinationi della Parochiale chiesa  
di Santo Alessandro, et Margherita

di Melzo plebe di Cornaliano

fatte da Mons.or Ill.mo et R.mo

Card. Borromeo Arcivescovo di

Milano nella sua personal Visita.

La lunetta, e fondo del Tabernacolo  
per le processioni si accomodino se-  
condo la forma.

Si proveda d'una altra Pisside di  
argento bene indorata per la  
Communione d'infermi.

Si proveda d'un par d'Angioli hono-  
revoli per ornamento del Taber-  
nacolo di legno.

Si levi il segno del Sacramento pinto



sopra l'Armadiolo a piedi del

Tabernacolo di legno.

Si levi il segno del sacrario costruito nell'

Altare di S.ta Aghata et si

rifaccia nella Cappella del

Battisterio dentro il muro in

forma di finestrella da serrare

con chiave.

La detta Capella del Battisterio

si dipinga convenientem.te.

Li Nobili et Vicini aggrandischino

et accomodino il Cimiterio

come qua a basso, cioè si serri

di muro il cantone della chiesa

presso la Porta del frontisp.o

per dritta linea sino al cantone

della casa de Braschi, che è

all'incontro, lasciandoli la porta

da intrare con la crate, et fossa,  
overo con colonne si impedis-  
chino l'ingresso delle bestie.  
Et si levi quella cinta, che è per mezzo  
all'altro cantone della chiesa et si  
spianti quell'horticello, che la-  
vora il Macagno di maniera  
che resti un bel quadro piano dal  
detto muro, che si farà sino alla  
muraglia della fossa di Melzo,  
et essa muraglia tanto quanto  
durerà quel piano sia incrostato  
et imbiancato convenientemente.  
Et dietro il muro della chiesa verso  
detta muraglia del borgo si alarghi  
il Cimeterio almeno per brazza  
sei rebuttando la terra che vi è  
hora verso la muraglia del borgo,

et se gli faccia un cavo tra il detto spatio et bastione che ricevi l'aqua del Cimiterio et del bastione, et la conduchi nel fosso del Borgo, et ivi di dietro a essa Capp.a se li faccia un spatio condecante per il transito delle processioni, et il tutto secondo il bisogno qua incluso, et se ne ricordi di consecrare con qualche occasione il d.o spatio di terra per il Cimiterio, si come di tutte le sudette cose concernenti il Cimiterio. L'Ill.re Sig.r Co. Gio. Giacomo Trivultio padrone del Luogo si è così alla presenza n.ra accontentato. Si provegga d'una pietra grande di marmore, o di vivo, che cuopri

l'Altare maggiore accioche con comodità si possa consacrare tutto l'Altare istesso.

Si muri l'armario, qual'è dentro l'Altare magg.or per dietro.

L'Altare di S.to Pietro Martire, et quello del Corpus D.ni, che sono da i lati della capella maggior in fronte della chiesa, si riduchino, che restino eguali al piano di tutti li altri, c'habbino un grado solo, oltre la bradella.

Al detto Altare si gli inserisca una pietra sacra grande alla misura, et se li proveda di croce, et candelieri di ottone, et si tenghi ornato di pallio, e tovaglie.

La testudine di detto Altare si dipinga

condecientemente.

All'Altare di S.to Martino se gli  
provveda di croce, et candelieri  
d'ottone.

La Bradella si compisca dove manca  
al corno sinistro.

La capella di san Hieronimo si muri  
del tutto d'avanti, et in esso muro  
Cum autem predictis sit stantibus Modernus Prepositus valde contumax semper deprehensus sit, propterea quod ob non retentionem Coadiutoris hoc viginti annorum curriculo ingentis summa pecuniarum debet reperiatur, ille veri ex fructibus his ecclesiasticis in sicuti omnibus patet, ad dictam

pecuniarum summam solvendam  
omni iuris ratione, etiam censuris  
ecclesiasticis cogatur, et quod eo  
nomine exigetur, dicta praebenda  
Coadiutorali accessionem faciat.  
Canonicatus autem ex Cappellania  
sancti Hieronymi erectus, cuius  
praebenda annus prestatione  
librarum ducentum quinquaginta  
per locum pium Schola Pauperum  
nuncupatam huius burgi Meltii  
solvendarum, attento Administra-  
torum, et Deputatorum ipsius  
schola expresso consensu aucta  
est, pariter conferatur uni  
sacerdoti, qui Divinis officiiis  
in Choro recitandis intersit  
atq. actualiter recitet, sine cum

aliis psallat, qui insuper Canonicus a  
sanctissimi Sacramenti, et sanctissimi  
Rosarii sodalitiis in hac ecclesia  
Erectis perpetuus debitor Cappellanus  
Cum annua elemosyna librarum  
250, quarum dimidia pars ab  
ipsa schola sanctissimi sacram.ti  
et alia dimidia pars a schola  
sanctissimi Rosarii persolvatur,  
et pro his omnibus oneribus adim-  
plendis missam quotidianam cele-  
bret, scilicet dua feriales ad Altare  
Schola pauperum, alias vero ad Altaria  
sanctissimi Sacramenti, et sanctiss.mi  
Rosarii, ac sancti Hieronymi, ita ut  
missa quotidiana celebratione, etiam  
si illi quandoque pro ratione heb-  
domada aliquibus diebus festis

missam decantare contingat his  
omnibus satisfacere censeatur.  
censum vero librarum ducentum  
quingenta per scholam pau-  
perum solvendum in distributiones  
quotidianas, ut infra conferre  
teneatur.

R(...) duo Canonicatus modo vacantes  
unum scilicet per obitum prefati  
quondam Reverendi Presbyteri  
Ioannis Antonii Clavena extra  
Romanam Curiam defuncti de  
mense februarii, alter vero per  
obitum Reverendi Presbyteri  
Ioannis Baptista Baronis pariter  
de mense Aprilis vita functi  
duobus sacerdotibus conferantur qui  
in hac ecclesia ingiter resideant,

missas in ecclesia sancti Andrea  
iuxta solitum celebrent, et divinis  
offitiis, horisq. Canonicis in hac  
ecclesia intersint.

Hi omnes, nimirum Praepositus, Canonicus,  
Coadiutor, Canonicus sancti Hieronymi,  
et duo Canonici Cappellani Chorales  
nuncupati Collegium, et Capitulum  
constituentes officium divinum  
nocturnum, diurnumq. et omnes  
horas Canonicas in Choro huius  
Collegiata sanctorum Alexandri  
martiris, et Margherita Virg.is  
et Martiris Burgi Meltii quotidie  
recitent ea ratione, qua in his  
recitandis post erectionem, huius  
ecclesia in Collegiatam servata  
fuit, prout extat testimonium

Visitationis anni 1579, de qua in Archivio Archip.ali, ex qua Visitat.ne aperte demonstratur erectionem Beati Caroli effectum nequaquam carvisse.

Ordo autem Divina recitandi hic nempe erit.

Diebus omnibus omnibus ferialibus matutinum ante solis ortum, ita ut vere matutinum appellari possit, et subsequentes officium Prima, Tertia, Sexta, et Nona recitentur, post prandium vero vesperae et Completorium hora competenti.

Diebus vero Dominicis, et aliis festis, quia de precepto sanctae matris ecclesiae vel populi Meltii voto, aut pia consuetudine coluntur, in mane

matutinum, ac offitium Prima recitet  
deinde vero interposita mora unius  
hora officium Tertia, et Sexta absolvat  
tum missa Conventualis decantetur cantu  
fermo, et organi modulatione adhibita,  
post modum Nona, Vesperarum, et  
Completorii officium a prandio  
hora congrua cantu, et organo  
celebrantur.

Massa residentialis census iam in  
dicto instrumento erectionis consti-  
tutus reperitur, scilicet ex omnib.  
fructibus, et redditibus perpetui,  
Simpliusque beneficij Cappellania  
nuncupati sancti Ambrosij, cuius  
beneficij suppressio, et illius reddituum  
massa residentiali incorporatio  
post obitum alterius possessionis,



vel ex concordia exinde sequuta  
iam sortita est effectum, reddi-  
tusque eiusdem inter Prepositum, et  
Canonicos titulo suppressionis  
et incorporationis a Beato Carolo  
facta suffultos divisi sunt, qui  
etenim census augebitur annuo  
redditu librarum quinquaginta  
imperialium, per Ill.mum quondam  
Comitem Dominum Io. Iacobum  
Trivultium ultro oblato, cuius  
executio non retardabitur ab Ill.mo  
Comite Theodoro eius filio, pro  
quo idipsum in Visitatione promissum  
est, ad hac porro accedent redditus  
extinctorum Canonicatum  
ecclesia sancti Petri Cornaliani,  
clericatus, sive Cappellania santi

Georgij illius loci parochiali ecclesia  
unita vacatione adveniente, tum  
praeterea Prepositus, et Canonici  
duo Chorales nuncupati ex Cap-  
pellania sancti Andrea creati  
tertiam partem fructum Prepo-  
situra, et Canonicatum huius modi  
...susque Canonicus sancti Hiero-  
nymi annum redditum librarum  
ducentum quinquaginta per Admi-  
nistratores schola pauperum  
assignatum in distributionibus  
quotidianis singoli ponant,  
quam tamen tertiam partem,  
et dictus Canonicus sancti Hiero-  
nymi dictas libras 250 assidue  
residentes, et horis Canonicus assis-  
tentes lucrentur.

ex redditibus Cappellania sancti Ambrosij, et redditu librarum ~~quin-~~ quinquaginta Ill.mi Comitis Theodori Trivultij nomine promisso simplic. portionem singuli percipiant, qua ratione dividendi erunt fructus, si qui huius massa advingentur. Canonicus Coadiutor pariter divinis officijs presens sit, quotidiescumque in dicta animarum cura vero non erit occupatus, neque ipsi ut promitt. inservienti unquam minus dictis scutis quadraginta per quotidianis distributionibus, ac pro rata servitij, quod in Choro prostiterit, erogetur, vel distributatur, et ultimas missam unam feralem qualibet hebdomada celebret.

Dicti tamen Prepositus, et Coadiutor  
pro presentibus in Choro habeant  
quotie cumque in animarum cura  
gerenda re vera occupati fuerint  
Massa residentialis census quicumque is  
fuerit hoc modo dividatur.

Matutino denarij tres, Prima, Tertia,  
Sexta, et Nona horis singulis  
denarius unus, Missa Conventuali,  
et Vesperis denarij duo, Completorio  
domq. Denarius unus assignatur, diebus  
uno festivis quilibet duplicem  
habeat portionem.

In Sinodo Dioecesana punctator constituat  
qui singulorum presentiam, et absentiam  
nec non errata ad tabella impressia  
prescriptum in punctationum libro  
notet, ex cuius libro distributionum

quotidianarum census quotannis  
dividatur.

Preposito in Choro, et in omnibus divinis  
offitijs, et publicis functionibus  
Rochet., et Cappa utatur.

Habeat idem Prepositus Clericum prima  
Clericali tonsura initiatum, qui  
eidem missam celebrati vel aliquam  
parochialem functionem exercenti  
superpellice indutus inserviati, que.  
si non retinuerit poenam scutorior.  
triginta auri pro rata cuiuslibet  
anni iniurat, quam Prior, et  
Scholares sanctissimi sacramenti  
ab es exigere curent.

Universitas Meltij, qua consuevit hominem  
laicum, qui campanas sancti Ambrosij  
et alias etiam sancti Alexandri

etiam pro divinis officijs, et supplicationibus obeundis pulset suo sumptu conducere, illum sustentem omino in ostiariatus ordine constitutum ne ipsa ecclesiastica functio per homines laicos contra Concilij Tridentini prescriptum exercent quomodum etiam cautum est Concilij Provincialibus, cui propterea Clerico munus Sacriste, et Custodis in hoc ecclesia committ. poterit, quod etiam in Visitatione anni 1583 decretum fuit, si vero in hoc negligentes, vel contumaces fuerint, ad id omni iurisdictione etiam generali interdicto compellantur.

Funeralibus et exequijs mortuorum

non plus mercedis exigat Prepositus,  
quam Decretis anni 1573 prescriptum  
est.

In ecclesia S. Ambrosij

Ecclesia haec qua indecentissima est,  
nec adhuc decreta preteritarum Visi-  
tationum executioni missa fuere  
instauretur, aut ornetur, suppel-  
lectilisq. necessaria instruatur, prout  
in ipsis Visitationibus ...betur, quod  
si post sex menses adimpletum non  
erit, tunc omne servitium ecclesiarum  
missarumq. Onera in ecclesiam  
collegiatam ad Altare nemp.  
Schole pauperum traducantur,  
in eo denique Altari duo missa  
ex Cappellania huius ecclesia  
debita celebrentur, ecclesia

vero ipsa sit hoc servitio destitute  
Confratribus Disciplinatis, qui modo  
in quadam Cappella dicta ecclesia  
sua instituta obeunt, quoad. Usum  
tantum concedatur.

In ecclesia sancti Andrea Apostoli,  
quod in alijs Visitationibus constitutum  
est, servetur omnino.

Dat. Mediolani die Martis decima  
Octava Mensis Maij 1604.

In reliquis serventur Decreta  
praeteritarum Visitationum, quibus  
per presentis non censeatur dero-  
gatum quinimo quatenus opus  
sit innovantur.



## De Cura Anumarum

Cura anumarum exercet solus Prep.tus  
qui interrogatus de his qua ad  
regimen animarum spectam ex  
eius relatione infrascripta notata  
sunt u.

Loca huic Curae subiecta sunt.

Capsina appellata la Banfa, qua  
distat medio milliari.

Capsina appellata il Monte Christo  
distans ut supra.

Capsina appellata la Moreta distans  
ut supra.

Anima in totum sunt mille septuaginta  
vel circa.

Communicantium n. 650 vel circa.

Status animarum hoc anno confectus est.

Libri baptistorum, et matrimoniurum  
Recto oridini conscribuntur, et sunt  
In distinctis voluminibus.  
Liber mortuorum pariter.

Concubinarij sunt Antonius Aquagnus,  
Margarita Riboldi, Battista  
Fagiolo, Angela Retesina.  
Adulteri nulli.  
Blasphematores publici nulli.  
Phisicus est M. D. Aurelis Seram-  
benus, qui servat bullam Pii  
Quarti, ut Prepositus dixit.  
Chirurgi sunt Io. Antonius Codo-  
gnola, Alexander Franciosus, et  
Iulius Galbiatus.  
Ludi magister nomine Iulius Caesar  
de Advocatis, qui emisit professionem

fidei.

Obstetrices dua, una scilicet Ioanna  
de Stellis, et Ioannina de Maninis  
bene instruita.

Caupo Franciscus Cornarus, et de eo  
bene auditur.

Piis operibus apti Antonius Lampertus,  
Baptista Bondiolus, Simon Malin-  
genius, Foelix Fasolus.

Notarii Domini Ambrosius, Alphon-  
sus, et Paulus Hieronimus Pater  
et filij de Cesatis, item Gulielmus  
Fasolus.

De Doctrina Christiana

Schola Doctrina Christiana exercet  
in dicta ecclesia tam pro maribus,

quam pro foeminis, et est valde frequens, habetque suos operarios, qui singulis annis mutantur presente Reverendo Preposito.

#### Consuetudines

In quadragesima habetur Concio dominicis et eribus in hebdomada diebus scil. Luna, Mercurii, et Veneris, expensa cibaria subministrantur per Communitatem, cui auxiliis est Schola pauperum pro summa ducator. sex, reliquum mercedis erogatur a Communitatem.

In solemnitatem Corporis Christi fit Processio sollemnis, et invenieniunt Sacerdotes Plebis Meltii, et alii qui

non sunt de Plebe, omnis impensa  
sustinetur per scholam sanctiss.mi  
sacramenti.

Pro funeralibus, ubi funus sit pro  
minori septennio Prepositus  
habet solidos 32, alij sacerdotes  
sexdecim, pro maiori autem  
septennio libras 3, et solidos 4,  
reliqui sacerdotes semper eandem  
mercedem solidorum sexdecim.

Pro offitij septimi, et trigesimi Prepos.  
habet solidos triginta, alij sacerdotes  
decem.

Pro legenda passione, quod sit a festo  
inventionis sancta Crucis usque  
ad exaltationem consequitur Prep.s  
a singulis Massarijs starium unum  
tritici, a reliqui vero nihil, cuius

quantitas in totum non excedit  
staria duodecim.

Litania maiores sancti Gregorij reci-  
tantur per territorium cum sacer-  
dotibus tantum loci.

Pia consuetudo adest colendi diem sancta  
Brigida, qui celebratur p. die Febr.i.  
Sit item festus dies consecrationis eccl.e  
die 15 Ianuarij.

#### Legata Pia

Adest legatum tenoris sequentis u.  
Reperitur in instrumento divisionum  
factarum inter Franciscum, et Marche-  
sium fratres de Ello filios quondam  
Domini Andrea habitatores burghi  
Meltij Plebis Cornaliani, Ducatus

Mediolani rogato per quondam  
Spectabilem D.num Io. Petrum  
Brambillam olim Mediolani  
notarium inter alia adesse  
pactum unum tenoris huiusmodi  
videlicet.

Item pacto p. quod respectu legati  
facti per quondam Alexandrum  
de Triviolo, in quo legavit ante-  
cessor dictorum fratrum supram  
petiam terra Zardini cum onere  
dandi, et distribuendi omni anno pau-  
peribus Christi dicti Burghi Meltij  
modia tria frumenti in pane cocto,  
et staria duo cicerorum, nec n.  
celebrari facere omni anno annuale  
unum missarum sex, et hoc omnia  
in perpetuum dicti fratres teneantur

omni anno usque in perpetuum destri-  
buere pro medietate dictum fru-  
mentum in pane cocto ut supra u.  
staria duodecim pro introq. Eorum  
et respectu cicerorum, et annuali  
ut supra, quod teneantur dicti fratres  
adimplere in hunc modum videl.  
Dictus Franciscus omni anno uno  
et dictus Marchesius altero anno  
sequenti, et sic successive de anno in  
annum usque in perpetuum inci-  
piendo dictus Franciscus in distribu-  
dictos ciceros, et in celebrari facien.  
dictum annuali in anno p.n.te  
et postea dictus Marchesius  
in anno sequenti, et sic prout s.a.  
Subscriptum cum signo tabellionatus  
Ego Franciscus Maria Brambilla



filius D.ni Ioannis Baptista  
Porta Orientalis parochia sancti  
Stephanini in Brugora publicus  
imperiali apostolicaq. auctoritatib.  
Mediolani notarius supr.um pactum  
a dicto instrumento abbreviaturiarum  
supr.i quondam spectabilis D.ni  
Ioannis Petri fidel. extraxi  
auctoritate mihi concessa per  
M.os D.D. Abbates Venerandi  
Collegij Dominicorum notariorum  
Mediolani, ut constat ord.ne  
super inde facta de qua rogatus  
fuit D.nus Io. Baptista Finalis  
Mediolani notarius, et pred.  
Collegij tunc Cancell. Sub die  
trigesimo Decembris 1568 et  
pro fide subscripsi.

Renunciatio appell.nis fact. per  
R. Prep.m pendente p.nti Visit.ne

Pendente Visitatione R. Prepositus  
Meltij renunciavit appellationi per  
eum interposita, et prout ex instrumento  
tenoris sequentis u.

In nomine Domini anno a nativitate  
eiusdem millesimo sexcentesimo quinto  
Indictione tertia die Mercurij  
27 Mensis Iulij Pontificatus S.S.mi  
in Christo Patris, et D. V. D. Pauli  
Divina providentia Papa quinti anno  
primo.

Coram Ill.mo et R.mo D. D. Federico Card.li  
Borromeo Archiep.i Mediolani  
existenti in adibus habitationis R.di  
Curati loci Cornaliani occasione  
muneris Visitationis quo actuali.  
perfungitur.

Constitutus Multum R. I. V. Doctor

D.nus Io. Maria Massius Prepos.us  
Ecclesia Collegiata sanctorum  
Alexandri, et Margaritha burgi  
Meltij Capit. Plebis Mediolani  
Dioecesis humilissime rogavit  
d.m Ill.m D.num quatenus in  
hac sua Visitatione velit reas-  
sumere omnes causas, lites, et  
questiones etiam occasione  
appellationis, et appellationum  
per dicum R. Prepositum in-  
terposita, et interpositarum a  
Decretis Visitationum factarum  
tam per Beatum Carolum Card.  
sancta Praxedis Archiep.um  
Mediolani, quam quoscumque  
alios eius, et prefati Ill.mi et R.mi  
D.ni Cardinalis, et Archiep.i

Visitatores, et presertim per Multum  
R.dum Octavianum Abbatum  
de Forerijs Archiep.um ecclesia  
Metropolitana Mediolan. Visita-  
torem regionarium pro dicta ecc.ia  
Collegiata Meltij aditis sub die 18  
Maij 1604 seu et de quibus d. R. D.  
Prepositus protestatus fuit, et pro-  
testatur plenam, et expressam  
habuisse, et habere notitiam  
Remittens et renuncians prout  
iam nunc renunciavit, et renunciat  
quibuscumq. appellationibus per eum  
interpositis, et cuicumq. Commissioni  
seu commissionibus per eum obtentis  
et introductis in quacumq. Curia  
etiam Romana, et praesentim in  
Congregatione Ill.mor. Cardinalium

negotijs, et causis ipsarum Prepositorum  
petens eius iura per dictum Ill.mus  
Dominum, et in Congregationem  
Tribunalis perpendi, et consideravi  
et respectu etiam quorumcumque  
processum, et quarumcumq. Infor-  
mationum contra dictum R. D.  
Prepositum fabricatorum, et  
susceptarum respective, et debiti  
refferendo eorundem omnium  
cognitionem, decisionem, et  
determinationem remittens, et  
remittit pref. I.II.mo et R.mo D.  
ad effectum ut ipse Ill.mus. D.  
vel per se, vel per alium quemcumq.  
Iudicem ab eo Delegatum illas  
finiat, et fine debito terminet,  
Promittens ex nunc dictas R. D.

Prepositus etiam ad stippulatione  
mei notatrij infrascripti stippu-  
lantis nomine cuiuscumq. Persone  
cuius interest acceptare quamcumq.  
sententiam superinde merenda  
causa dictorum processum, et ut sup.a  
illamq. executioni demandare omni  
et quacumq. appellatione seu re-  
clamatione in contrarium prorsus  
remotis, renunciando ex nunc benef.i  
cuiuscumq. appellationis, vel re-  
cursus.

Qui Ill.mus et R.mus D. Cardinalis, et  
Archiep.us dictas renunciationem  
et remissionem acceptavit, et  
acceptat animo illas omnes causas  
tam civile quam criminalis defini-  
endi, et determinandi, vel earum

cognitionem remittendi alicui persone  
ecclesiastica, vel etiam Congreg.ni  
Tribunali Archiep.lis omni  
meliori modo.

Renuncian.

Promitten.

Et de predictis.

Actum in cubiculo existenti in  
capite Aula dictarum adium  
Ecclesia sancti Georgij Corna-  
liani, presenti bus Ill. D. C. D.no  
Lucio Fausto, Ill.m D. Io. Baptista  
Cantoro filio quondam Ill.mi D.ni  
Hieronymi, et R. D. Octaviano  
Turriano sacerdote castrensis  
Dioecesis familiaribus prefati  
Ill.mi D.ni, et dicti R. D. Pref.ti  
notis, et cognitoribus, testibus idoneis.  
1605.

Schola Ss.mi Sacram.ti

1605 Die Dominico 24 Iulij

Idem Ill.mus et R.mus D. D. Cardinalis

Archiepiscopus Mediolan. Visitavit

Scholam sanctissimi Sacramenti

institutam in ecclesiam Colleg.ta

sanctorum Alexandri, et Marg.tae

dicti burgi Meltij Capit. Plebis

qua creditur erecta.

Sodales in ea descripti sunt.

Redditus nulli sunt preter petiam

unam terra campi, ubi dicitur

al Gorgo relictam, ut fertur

per quondam D.num Franciscum

Anglesia, et qua petia sic descri-

bitur.

Petia una terre campi ubi dicitur al

Gorgo iacens in d.o territorio burgi



Meltij, cui coheret ab omnibus parti bus  
Ill.mi D.ni Ambrosij Moneta, perticar.  
quinque, qua locata est Christoph.  
Brambilla ad computum librarum  
trium pro singula pertica,  
cuius locationis nullum extat  
instrumentum.

Retinetur in ecclesia Capsula expo-  
sita, qua munita est duabus clavib.  
quarum una Thesaurarius, Prior alteram  
custodiunt.

Ex dictis Scholaribus unus accedit ad  
singulas quasq. Familias d.ti burgi  
Meltij elemosynam quaeritans  
cum bursula, et cinta, huic tra-  
duntur libra duodecim annue.

Tempore messis elemosyna bladoru.  
quaeritur, nulla impetrata licentia

elemosijna omnes erogantur pro essenda  
cera, oleo pro lampade, et eccl.ia ornatum

Fit processio tertio Dominico die cuis-  
libet mensis post missm, eodemq.

die missa canitur de SS.mo Sacram.to

quamplures peccata sua confitentur

Sacramq. sumunt eucharistiam.

Cum sanctissimum sacramentum ad

agrotos fertur illud sodales asso-

ciant.

Regitur hoc societas per Priorem

Propriorem, ac Thesaurarium qui

singulis quibus bienijs vicissitudines

patiuntur, dempto Thesaurario

R.do Preposito presente.

Congregatione regimine habentur

nequaquam.

Thesaurarius est Baptista de Abondiolis

qui annos duodecim hoc munere  
functus est, nunq. mutatus et licet  
aliquando rationes restringantur  
nullas tamen subscribit, vel sub-  
scripsit preter Priorem . In hac  
autem Visitationem liber exhibitus  
fuit per dictum Baptistam de  
Abondioliis, quoi a die 6 februarij  
anni            usque ad diem 17 p.ntis  
mensis Julij 1605 conscriptus est,  
quo perspecto subductisq. calculis  
reperitus est debitor librarum  
centum trigintaquinque, et solidorum  
tresdecim, et denariorum trium  
ipsiq. subscriptus fuit in folio  
96 et deinde liber restitutus  
est d.o Abondiolo Thesaurario.

## Schola Ss.mi Rosarij

1605 Die Dominico 24 mensis Iulij.

Idem Ill.mus et R.mus D.D. Federicus

Cardinalis, et ArchiPresul

visitavit scholam sanctissimi Rosarij,

qua ut aiunt instituta fuit per

quondam fratrem ordinis Predicator.

apparente superinde instrumento

rogat. per D.num Ambrosium

Cesatum die

Sodales pleriq. sunt habitatores dicti

Burgi Meltij, nonnulli et exteri.

Fit processio primo Dominico die cuiuslibet

mensis a vesperis, missaq. canitur

de SS.mo Rosario.

Eo die sodales peccata sua confitentur,

et sacram sumunt eucharistiam.

Redditus nulli preter eleemosijnas

qua hunc in modum colliguntur u.

Unus ex sodalibus quolibet die dominico  
in vesperis eleemosijnam per  
ecclesiam.

Alias querentur eleemosijna in messe  
sed a duobus annis n. servatur.

Die sabbati quispiam ex sodalibus  
per singulas familias eleemosijna  
petit.

Dicta eleemosijna publice venundantur  
sit pecunia in capsula reponuntur, qua  
penes Thesaurarium custoditur, Priore  
clavem retinente.

Univers. eleemosijnae erogantur pro cera  
emenda, et etiam in celebrandis  
missis prout suppetunt, et in ornatum  
Altaris.

Regitur societas per Priorem, Propriorem,  
et Thesaurarium, singulo biennio p.nte

Preposito mutabiles.

Liber rationum n. quaquam fit, sed tantum quodam scedula folijs inordinate conscripta, et in hac Visitatione exhibitum fuit volumen foliorum, in quo scripta sunt parcella recepti, et expensi a die 22 Julij 1603 usq. ad diem quartam octobris 1604 quibus repertus est D.nus Melchior Aioldus Thesaurarius debitor librar. centum duarum, solidorum sex et denariorum trium imperialium, cui volumini subscriptum fuit.

Ecclesia S. Andrea

1605 Die Dominico 24 mensis Iulij

Ill.mus et R.mus D.D. Federicus Cardinalis

Borromaeus Archiep.s

visitavit ecclesiam sancti Andrea

sitam in dicto loco Meltij Cap. Pleb.

Mediolan. Dioecesis, qua alias fuit

visitata prout supra dictum est de

ecclesia Collegiata.

Altare maius ad formam, habens

Altare portatile insertum mensa

lignea, super eo sunt gradus duo

lateritij contecti mappa, bradella

decens, subtus Altare adest planum

ex lapillis, et glarea confectum,

quod constituit gradum. Ornatur

Cruce, et duobus candelabris auri-

calchi, atque tabella secretor. coronib. carente.

In pariete supra Altare picta sunt imaginis Beata Virginis, sancta Catharine, et sancti Hieronymi valde antiqua.

Fenestella urceolorum adest, qua transversali lapide caret.

Cappella quadrata, tota picta est, longitudo eius cubitorum octo, latitudo minus novem, altitudo ...

Pavimentum est lapillis, et coemento.

Parietes picti Coelum fornicatum.

Fenestra una est in eadem Cappella

In parte epistola tela tantum obducta, item ostium in parte evangelij prope Cancellos per quod itur ad sacristiam.

Eminet pavimento Cappella a solo eccl.ia gradu uno lateritio altitud. is un. XI.



Clauditur plutheis ligneis altis cubitis  
eribus.

Ecclesia hac orientem spectat, non  
est consecrata, unica navi constat  
longitudo eius cubitorum 38 cum  
dimidio, latitudo novem, altitudo  
quatordecim.

Pavimentum partim constat laterib.  
quadratis, et partim ex lapillis, et  
coemento, Pariete rudes, Coelum  
lateribus compositum, et tribus  
Arcubus distinctum.

Portam habet in frontespicio, et ostium  
in parte aquilonari.

Fenestra una orbicularis est supra  
portam maiorem tela cerata tantum  
obducta.

Fenestra item dua sunt in parte meridionali, qua carent omnibus ornamentis.

Labrum aqua benedicta est infixum parieti frontispiciali prope portam in parte dextera ingredientum.

Sepulchrum unum adest ad formam ad usum familia Baronorum.

Turricula est supra sacristiam, que nihil supereminet, in qua est campanula una, cuius funis pendet in sacristia.

Sacristia et suppellex.

Sacristia est coniuncta Cappella in parte epistola nimis angusta longitudo eius cubitorum quatuor latitudo trium cum dimidio cuius parietes rudes, fenestraque inornata.

Armarium satis congruum pro rone  
ecclesia.

Indumenta, et ornamenta sunt quae  
sequuntur u.

Un Calice con la Coppa d'argento  
male adorato, et

Una Patina di lottone mal adorata.

Un missale novo mal legato.

Una Croce coperta di lamette d'ottone  
mal fatta, et vecchia.

Un paro Candellieri di lottone godibili.

Due camici all'antica vecchi.

Una tovaglia alquanto buona ma  
curta, et un'altra antica et  
comincia a rompersi, tre altre  
misere, corte, et straciate.

Un pallio di tela san Gallo violaceo

coperto di rete bianco.

Un pallio di cotton bianco.

Un pallio di raso argentino con sua  
pianeta vecchio, et roto, ma di santo  
Alessandro.

Un pallio, et pianeta di grograno rosso,  
et un altro dell'istesso color di saglia.

Una pianeta di dopletto violacea, et  
color d'oro fornita.

Due amiti miseri.

Purificatori 18, compresi quelli  
aggiunti.

Una scatola di ostie.

Una Pianeta nova di dopletto bianca  
da noi fatta.

Un pallio di raso novello rosso, et

Una tovaglia per l'Altare da noi provista

Borse 5 nove, et una vecchia.

Corporali quattro con sue Animette.

Un Cossino per li Missali.

Ante ecclesiam adest parvum Atrium  
quadratum.

Clavis dicta ecclesia retinetur penes  
unum ex Canonicis, nec aperit  
nisi tempore celebrationis.

Cappellania.

In hac ecclesia adest Cappellania  
titularis fundata, et dotata  
in omnibus, et per omnia prout  
continetur in instrumento tran-  
sumpti, de quo infra, et ex  
qua Cappellania erecti fuerunt  
duo Canonicatus, de quibus  
facta fuit mentio in Visitat. ne  
ecclesia Collegiata.

Tenores autem dicta Foundationis, et  
iurium ad dictam Cappellariam  
spectantium una cum legato quon.  
Reverendi Domini Iacobi Philippi  
Sormani, et eius declaratione  
sunt qua sequuntur.

Fund.e Capp.ie s. Andrea  
IN Nonime sanctissima, et divinissima  
Trinitatis Patris, Filij, et Spiritus  
sancti amen. Nove .int universi, et  
singuli hoc publicum transumpti  
instrumentum visuri, lecturi, ins-  
pecturi, pariter et audituri, quod  
nos Bartholomaeus Georgius Iuris  
Utriusque Doctor, Prothonotarius  
Apostolicus Illustrissimi, et Reveren.mi  
D.ni D.ni Federici tituli sanctae  
Maria Angelorum sancta Romana

ecclesia presbiteri Cardinali Bor-  
romai nuncupati sancta Mediol.  
eccl.ia Archiep.i Vicarius in  
spiritualibus et temporalibus  
Generalis, nuper ad instantiam  
et requisitionem Reverendi D.ni  
Ioannis Bapt.a Baroni de Ello  
Cappellani ecclesia sancti Andrea  
burgi Meltij Mediolani Dioe.  
principalis, omnes, et quoscumq.  
sua quomodolibet interesse putantes  
ad videndum per dictum Reveren.  
D.num instantem fieri productionem  
sive repetitionem publici instru-  
menti dotationis dictae ecclesiae  
sancti Andrea burgi Meltij de  
mense Octobris anni millesimi  
vigesimali quinti per quondam

Michaellem Dossium notarium rogati  
et deinde die ultima Aprilis milles.o  
trigentesimo quadragesimo quinto,  
coram tunc Reverendo Domino Vicario  
Generali Curia Arch.lis  
Mediolani transumptati, et in  
publicam transumpti formam tunc  
redacti, in pergamenoq. conscripti,  
et dicendum contra illud, et con-  
tenta in eo quisquid verbo, vel  
in scriptis dicere, et opponere volu-  
issent, nec non videndum recipi,  
et admitti, ac super illius recogn.ne  
induci, iurare, et examinari testes,  
quatenus opus esset, et postquam reco-  
gnitum foret, transumptari, ac in  
publicam transumpti formam redigi,  
publicumq. instrumentum de super confici,



et fieri, tradiq., et expediri mandari  
auctoritatemq. nostram, pariter et  
decretum necessarium, et opportunum  
interponi, vel dicendum, et causam  
si quam habent rationabilem, quare  
promissa fieri non deberent alle-  
gandum per dictum publicum  
valuis ecclesia maioris Metropo-  
litana, ac palatij Curia Archiep. lis  
Mediolani, ut moris est affixum  
et publicatam citari fecimus, et  
mandavimus ad certos diem, et  
horam, u. ad diem, et horam  
infrascriptos quibus advenientib.  
Compariunt in iudicio coram nobis  
in palatio Arch. pali Mediolani  
prefatus Reverendus Dominus  
Ioannes Baptista Baronus de

Ello principali citra procuratorum  
suorum revocationem, et sup.r.or-  
citorum non comparentium, nec  
causam, quare promissa fieri non  
deberent allegantium contumaciam  
accusavit, eosq. contumaces reputari,  
et in eorum contumaciam procedi  
petijt, et procedendo publicum tran-  
sumpti instrumentum superius desi-  
gnatum in pergamenu conscriptum  
facto, et realiter exhibuit, atque  
produxit sequentis tenoris videl..  
In nomine D.ni amen anno a nat.te  
eiusdem millesimo trecentesimo  
quadragesimo quinto indictione  
tertia decima die sabbati ultimo  
mensis Aprilis. transumptum  
inspectum, quod Nos Salvus de Marano

Legum doctor, maioris ecclesia Vercell.  
Reverendi in Christo patris, et D.ni  
D.ni Ioannis Dei, et Ap.licae \_\_\_\_\_  
Ecclesia Archiep.i Vicarius G.n.lis  
sedentes pro Tribunali in Arch.p.li  
Curia Med.lani, ad banchum, ubi  
per nos iura redduntur, vidimus  
et diligenter inspeximus \_\_\_\_\_  
Instrumentum donationis, et quia  
cognovimus praesens transumptum  
cum ipso authentico, et originali  
primitivo instrumento donationis  
in omnibus concordare ad requi-  
sitionem \_\_\_\_\_ de parentella de  
Aquaneis de Ello, et de Gadarinis  
et de Lampergis, et de Albignano,  
et de Nigris, sive Rubeis, ac omnium  
et singulorum quorum interest, et

intererit \_\_\_\_\_ Marchesium de Ello  
habitorem burgi de Meltio, volentes  
et decerneretes, quod huiusmodi tran-  
sumpto deinceps illa fides adhibeatur  
tam in iudicio, quam \_\_\_\_\_ donationis  
antedicto, ipsumq. transumptum ubiq.  
eandem fidem faciat in agendis, s.  
et ipsum originale instrumentum  
donationis omnibus, et singulis supra-  
dictis \_\_\_\_\_ propterea interponen.  
et decretum, mandantes per te Beltra-  
molum Antonium Curia Arch.p.lis  
Mediolani notarium, et scribam  
nostrum de huiusmodi transumpto  
\_\_\_\_\_ antedicti fieri, et confici  
publicum instrumentum Actum  
ad dictum banchum, presentibus  
Philippolo filio quondam Domini

Gasparis de Pandulphis, et Spinogresio  
\_\_\_\_\_ Basilicae Curia prad.e  
et Nicorollo de Sexto quondam D.ni  
Gareni, et Nicolino de Unxio filio  
quondam Domini Romerij \_\_\_\_\_  
omnibus Civitatis Mediolani testib.  
vocatis, et rogatis, cuius vero instru-  
menti donationis tenor talis est.  
In nomine Domini Iesu Christi  
\_\_\_\_\_ vigesimo quinto mensis 8bris  
indictione secunda. Cum in burgo  
Meltio foret quaedam eccl.ia nomine  
sancti Andrea Apostoli constructa  
\_\_\_\_\_ redditus, et propter hoc ei nulla-  
tenus deserviretur in Divinis, cum  
nulli essent ad hoc instituti, vel  
constituti clerici, vel officiales \_\_\_\_\_  
Rector eccl.ia sanctorum Alexandri

et Margarita dicti Burgi, et Dominus  
 frates Tassius Aquaneus ordinis  
 militia Beata Maria Virginis  
 \_\_\_\_\_ parochia sancta Maria ad  
 Passarellam habitans in dicto burgo  
 volentes, et cupientes Divinum Cultum  
 augere, ad hoc, quod inhabitantes \_\_\_\_\_  
 magnam donaverunt, et donationem  
 fecerunt u. praedictus D.nus Tassius  
 Aquaneus praedicta eccl.ia sancti  
 Andrea, et praedicto \_\_\_\_\_ dicta eccl.ia  
 sancti Andrea, ac etiam mihi not.  
 infradicto recipiendi nomine, et  
 iure dicta ecclesia sancti Andrea  
 Apostoli Nominative de sedimine  
 uno \_\_\_\_\_ apud dictam ecclesiam  
 sancti Andrea, cui sedimini donato  
 coheret a mane via, a meridie Coemeterium

dicta ecclesia, a sero Iacomoli Aquanei  
filijs dicti \_\_\_\_\_ Gabrij de Soresina,  
et de petijs duabus terra iacentibus in  
territorio dicti burgi. Prima quarum  
iacens, ubi dicitur ad Zoncham, cohe-  
ret a mane haeredes \_\_\_\_\_ a meridie  
via, a sero Gulielmi Archipresb.r  
et nepotis eius, a monte consueverat  
esse illorum de Landriano, et laborat  
modo per Marchesium Lamperghum  
\_\_\_\_\_ sexdecim vel circa, secunda  
vero iacens in territorio dicti burgi  
ubi dicitur in Liano, cui coheret a  
mane Iacobi, et Vincentij fratrum,  
qui dicuntur de la \_\_\_\_\_ a meridie  
ecclesia sancta Maria ad Passa-  
rellam, et in parte illorum de Canibus,  
a sero Baldoli de Pegiorano, a monte

via, et est perticae octo, vel circa, et  
praedecessorum et item praedictus D.nus  
Presbyter Ioannes Gadarinus volens  
efficere, et cupiens complere, ad quod  
invitavit, et iduxit praedict. \_\_\_\_\_  
facit donationem a p. nti die, et hora  
puram, meram, et irrevocabilem  
mihi notario infrascripto tamquam  
persona publica recipiendi nomine  
et ad \_\_\_\_\_ et iam ipsi ecclesia sancti  
Andrea Nominative de petia una  
terra iacente in territorio dicti burgi  
ubi dicitur ad sanctum Paulum,  
cui est a mane via, \_\_\_\_\_ et Vincentij  
fratrum, qui dicuntur de Canibus,  
et nepotum suorum, a sero praedictorum  
de Canibus in parte, et in parte Nigri  
de Pegiorano, et in parte Canonica \_\_\_\_\_



illorum de Landriano, et modo tenetur p.  
Ugolinum Prallonum, et in parte dicta  
Canonica Decumanorum, et est perticae  
viginti dua, et tabula \_\_\_\_\_ praedicti  
presbyter Ioannes, et frater Tassius  
puram, et meram, et irrevocabilem  
sub infrascriptis tamen tenoribus  
pactis, modis, et conditionibus \_\_\_\_\_  
habeant ipsi frater Tassius tempore  
vita sua, et post eius decessum descen-  
dens ab eo masculus legitimus, qui  
maior erit in \_\_\_\_\_ Tassijs et similiter  
praedictus D.num Presbyter Ioannes  
tempore vita sua habeat ius eligendi  
et praesentandi beneficiale, et rectorem  
\_\_\_\_\_ dicti Domini presbyteri Ioannis  
unus ex parentella de Gadarinis, qui  
sit propinquior gradu dicto Domino

Presbytero Ioanni, et si essent plures  
eodem gradu \_\_\_\_\_ quod ille qui erit  
antiquior, et primo natus ex dictis  
ad dem gradu coniunctis dicto Domino  
presbytero Ioanni praeferatur, et  
ius, et vocem habent in eligendo in  
\_\_\_\_\_ ad ipsam ecclesiam, et item  
hoc acto, et expresse dicto per dictos  
donantes antedictam donationem  
et in ipsa donatione videlicet quod  
unus de \_\_\_\_\_ quatuor parentellarum  
dicti burgi scilicet illorum de  
Lampergis, et illorum de Albignano,  
et illorum de Ello, et illorum de  
Nigris, sive Rubeis habeat ius prae-  
sentandi praesbyterum, et rectorem  
ad dictam ecclesiam sancti Andrea  
et debent habere dicta quatuor parentella

ius eligendi in praesentandum ad dictam  
ecclesiam videlicet quod ille qui  
vacante dicta ecclesia sancti  
Andrea, sive tempore electionis  
ibi facienda erit maior Clericus  
de dictis parentellis, sive aliquis  
\_\_\_\_\_ vocem, et ius eligendi in prae-  
sentandum ut supra, et si plures  
essent Clerici in aliqua ipsarum  
parentellarum, quod circa dictam  
electionem ille \_\_\_\_\_ titulatus, et  
si non fuerit aliquis Clericus in  
una, vel aliqua ex dictis parentellis  
quod tunc ille laicus, qui erit maior  
et antiquior \_\_\_\_\_ sive ex parentella,  
in qua non erit Clericus habeat  
vocem, et ius eligendi in praesentandum  
ad dictam ecclesiam ut supra, et

ita totum \_\_\_\_\_ dividitur in sex partes, sive competit sex. Hoc acto tamen, et dicto, et alias non erant facturi dictam donationem dicti donantes \_\_\_\_\_ eligi, vel p.ntari nisi fuerit sacerdos, et non habens aliquod aliud beneficium eccl.cum et ibidem continuam residentiam faciens \_\_\_\_\_ dicti donantes dominium dictorum rerum donatarum in praedictam ecclesiam, Constituerunt se nomine ipsius ecclesia eas res tenere, et possidere, et ex abundantia, et ad cautellam praedicti donantes fuerunt contenti, et confessi a me praedicto notario nomine supradicto recipiendi exceptioni non facta dicta donationis, et renuntiationis, et omnium

et singulorum supradictorum non  
ita actorum omni occasione remota  
et probationi in contrarium Actum  
\_\_\_\_\_ praedicti Domini fratris  
Tassij, et protonotarijs ibi fuerunt D.  
Presbyter Zaninus Machus, qui  
officiat ad ecclesiam sanctorum  
Alexandri et Margarita \_\_\_\_\_  
quondam ser Beltrami Rotij de  
burgo Meltio, et Michael filius  
Alberti Rotij de ipso burgo. Interfu-  
erunt ibi testes Girardus de Albi-  
gnanus \_\_\_\_\_ Lafrancholus Passera  
filius Gulielmi, et Franchinus Niger  
filius quodam Gulielmi, et frater  
Demotus Ravisia filius quondam  
Marchesij, et Raimundolus \_\_\_\_\_  
omnes de dicto burgo Meltio, et Gulielmus

de Tensada filius quondam Iacobi  
qui habitat in loco Comasio, p.es  
noti, et rogati. Ego praedicto Mi-  
chael \_\_\_\_\_ notarius interfui, et  
me subscripsi. Ego Presbyter Zani-  
nus Machus, qui offitio ecclesiam  
sanctorum Alexandri, et Margarita  
de Meltio pro secundo notario in-  
terfui et me subscripsi. Ego \_\_\_\_\_  
Serbelforti Lampergi de Burgo Meltio  
notarius tradidi et subscripsi. Ego  
Spinogresius filius quondam Domini  
Andrioli Cayni basilica notarius  
praedicti instrumenti visioni,  
et praedicta requisitioni facta per  
praedictum Marchesium, et \_\_\_\_\_  
factis per praedictum Dominum Vicarium  
una cum praemissis notarijs, et testibus

praesens fui, et quia facta diligenti  
collatione de praesenti transumpto cum  
\_\_\_\_\_ antedicto cum praefato Domino  
Vicario concordare inveni in testimonium  
praemissorum meum signum apposui  
consuetum, et subscripsi locus + signi.  
Ego Philippolus filius quondam  
Domini Gasparis de Pandulphis  
publicus imperiali auctoritate  
notarius Mediolani Curia Ar.l.  
Mediolani \_\_\_\_\_ transumpti cum  
praemisso originali instrumento dona-  
tionis requisitioni, et auctoritatis in-  
terpositioni, ac omnibus, et singulis  
suprascriptis dum \_\_\_\_\_ et etiam  
agerentur una cum suprascriptis  
notarijs, et testibus, ac infrascriptis  
praesens fui anno, mense, die indic.ne

ac loco suprascriptis \_\_\_\_\_ transumptum  
cum praedicto originali instrumento  
inveni per ordinem concordare sub-  
scripsi et apposui meo signo consueto  
\_\_\_\_\_ praemissorum locus signi +  
Ego Beltramolus Antonius filius  
quondam Domini Philippi Cavit.tis  
Mediolani Porta Orientalis Parochiae  
sancti Pauli in Compedo notarius,  
scribaq. Curia Archiep.lis \_\_\_\_\_  
Domini Vicarij praedictis instrumen-  
tis visioni, et requisitioni facta p.  
dictum Marchesium, et auctoritatis,  
et decreti interpositioni factis per  
dictum Dominum Vicarium  
una cum \_\_\_\_\_ et praenominatis  
testibus praesens fui, et quia facta  
diligenti collatione de praesenti



transumpto cum originali instrumento  
donationis antedicto \_\_\_\_\_ Vicario, et  
notarijs, et testibus suprascriptis  
concordare inveni, anno, indictione  
et die suprascriptis de mandato  
suprascripti Domini Vicarij in  
testimonium praemissorum \_\_\_\_\_  
suprascripti instrumenti donationis  
prout in ipso inveni vidi, et legi  
ita hic de verbo ad verbum, nil-  
addens, vel minuens per quod sensum  
mutet, vel intellectum fideliter trans-  
scripsi, et in publicam formam  
redegi, eaq. omnia, et singula meoq.  
consueto signo, nomine, et cognomine  
\_\_\_\_\_ apposui, tradidi, scripsi, et  
subscripsi locus, signi + et in  
supradictorum citatorum nihilcontra-

dicentium contumaciam petijt ac instetit  
dicta iura recipi, et admitti, et super illorum  
recognitione induxit in testes Martinum  
Cavanam, Benedictum Dinitum de  
Schitijs, et Iulium Caesarem Serbel-  
lonum dicta Curia Archiep. alis M.l.i  
Causidicos, et notarios, qui viso suprad.o  
originali instrumento transumpt.  
ac diligenter inspecto medio eorum,  
et cuiuslibet ipsorum iuramento tactis  
scripturis praestito, ad mandatum  
nostrum dixerunt dictum inst.um  
ut supra productum in pergameno  
conscriptum cum illis subscriptio-  
nibus, qua in eo videntur manu  
notariorum facta, licet aliquan-  
tulum a lateribus corrosum ve-  
tustate. consumptum iudicio ipsorum

testium fore, ut esse publicum, et authenticum, illiq. plenariam fidem in iudicio et extra adhiveri posse. Quo facto dictus Reverendus D.nus Io. Bapt.a Baronus de Ello ut supra comparens prainsertum instrumentum sic ut supra productum, et recognitum transumptare, transumptumq. huiusmodi cum ipso originali auscultari, et collationari, ac in publicam transumpti formam redigi publicumq. instrumentum desuper confici, et fieri tradiq. et expediri mandari, ac transumpto huiusmodi sic confecto, et expedito, eandem fidem in iudicio, et extra adhibendam fore, qua dictom et originali ut supra producto, et recognito adhiberentur si

in medium ubique exhiberentur decerni  
auctoritatemq. nostram pariter et  
decretum iudicarium interponi  
debita cum instantia postulavit.

Nos tunc Bartholomaeus Georgius  
Vicarius Generalis antedictus visis  
et audivis praemissis, suprascriptos  
citos non comparente merito prout  
erant reputavimus contumaces, et  
in eorum contumaciam attendente  
suprascripti comparentis requisitionem fore instans, et rationi  
consonam, dictum instrumentum  
superius productus, et recognitum  
ad effectum si, et in quantum admit-  
tendum sit, ac admitti debeat admitti-  
mus, ad admitti mandavimus, sicq.  
ut supra productum, recognitum,

et admissum ad manus n.ras recepimus,  
vidimus, legimus, palpavimus, ac dili-  
genter inspeximus, ac per infr.um  
